



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legia Catholica**

**Robertii, Johannes**

**Leodii, 1633**

43. Ratherius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

## XL I. HVGO.

**A** Bbas prius Monasterij S. Maximini apud Treuiros Hugo Leodiensem Ecclesiam, Catholicè Catholicus, ut cæteri ante se, rexit, & in Catholicâ Fide promouit.

## XLII. FARABERTVS.

**H**IC quoque Abbas, è Monasterio Prumiensi ad Leodiensem Episcopatum vocatus est. Interfuit Synodo Engelheimensi, Agapeti Papæ iuslū congregatæ.

## XLIII. RATHERIVS.

**D**VO proximi, Abbates; iste Monachus fuit Lobiensis: tum Episcopus Veronensis: postremo, Leodiensis. Vnde pulsus, ad Cœnobium Lobiense rediit,

redijt, & iterum Monachus, obijt. Extant aliquot libri, ingenij eius egregia monumenta, & Catholicæ Religionis argumenta. In his sunt, Vita S. Vrsmari, &, De Corpore, & Sanguine Domini, & contra Hæresin Authropomorphitarum. Extant eiusdem aliquot etiam Epistolæ : in quarum vnâ, ad Ioannem Papam scriptâ, ipsum Papam vocat Archipræsulum Archiepiscopum.

#### XLIII. BALDRICVS.

**H**Vic, ut egregio Magistro, instituendus Catholicâ Doctrinâ traditus S. Bruno, Othonis Imperatoris Frater, Coloniensis postea Archiepiscopus: cuius sanctitatē qui leget, colligat & Magistri Catholicam sedulitatem.

**XLV.**